Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

154

ingenesi · ecce ego sup fontem sto aque · hoc ge
nere locutionis & in psalmo dicitur, qui fundauit
terram sup aquam · non cogantur homines pu
tare fundauit terram sup aquam · secundum
hanc enim locutionem recte intellegitur quod
altior sit terra quā aqua · ab his quippe ab aquis
sustollitur, ubi habitant terrena animalia;
Quomodo multitudo frugum harenae multitu
dini comparatur; Quia sicut harena innume
rabilis · ē · ita multitudo frugum usitato nume
ro conprehendi non poterat · Quomodo de uiro
scō ioseph intellegere debemus qd fratres suos
inebriassent; Ebriatas aut secundum idioma
hebraicae linguae pro satiatate ponitur sic
ibi · uisitasti terrā & inebriasti eam; & iterū;
inebriabuntur ab ubertate domus tuae; Quid
sibi uult quod ioseph fratres suos toties ludi
ficauit & tanta expectatione suspendit
antequam manifestare se uoluisset? Tribula
bat eos non ut se uindicaret in eis · sed ut illos pur
gare a crimine transacti scileris in eum;
Vel magis ut hac dilectione accumulare tur
gaudium eorū dum ostendere tur & tantam

Cap. 42. 43. 44. 45.